Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift



cit illis. Quid ista cogitatis in cordibus uestris?
Quid ē facilius dicere paralytico. dimittuntur
tibi peccata? aut dicere. surge tolle gra
battum tuum & ambula? Vt autem sciatis
quia potestatem habet filius hominis in
terra dimittendi peccata? Ait paralytico.
Tibi dico. surge tolle grabattum tuum? &
uade in domum tuam. Et statim ille sur
rexit? & sublato grabatto coram omnibus abiit?
ita ut ammirarentur omnes. & honorifi
carent deum dicentes. Quia nunquā sic
uidimus. Et egressus ē rursus ad mare?
omnisq; turba ueniebat ad eum & docebat
eos. Et cum preteriret. uidit leuin alphei
sedentem ad teloneum? & ait illi. Sequere
me. Et surgens? secutus ē eum. Et factū
est cum accumberet in domo illius? multi
publicani & peccatores simul discumbebant
cum ihū & discipulis eius. Erant enī multi

R mt xxi.
T mt lxxi.
L xxxviii.

R mt xxii.
T mt lxxii
L xxxviiij
7 clxxxvi